

Epreuve écrite

Examen de fin d'études secondaires 2007

Section: A,B,C,D,G,E,F

Branche: latin

Numéro d'ordre du candidat

TEXTE CONNU

Aliquod enim experimentum animi sumpsi subito: hoc enim est simplicius et verius. Nam ubi se praeparavit et indixit sibi patientiam, non aequo appareat quantum habeat verae firmitatis: illa sunt certissima argumenta, quae ex tempore dedit, si non tantum aequus molestias, sed placidus aspergit, si non excanduit, non litigavit, si, quod dari deberet, ipse sibi non desiderando supplevit et cogitavit aliquid consuetudini suae, sibi nihil deesse. Multa quam supervacua essent non intelleximus, nisi ubi deesse coeperunt ; utebamur enim illis, non quia debebamus, sed quia habebamus. Quam multa autem paramus, quia alii paraverunt, quia apud plerosque sunt ! Inter causas malorum nostrorum est quod vivimus ad exempla nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur. (112 mots)

Sénèque Ad Luc., 123

TEXTE INCONNU

"La communauté des gens de bien"

(Cicéron vient de passer en revue les différents types de sociétés humaines)

Sed omnium societatum nulla praestantior est, nulla firmior quam cum viri boni moribus similes sunt familiaritate conjuncti ; illud enim honestum quod saepe dicimus, etiam si in alio cernimus, tamen nos movet atque illi in quo id inesse videtur, amicos facit. Et quanquam omnis virtus nos ad se allicit facitque ut eos diligamus in quibus ipsa inesse videatur, tamen justitia et liberalitas id maxime efficit. Nihil autem est amabilius nec copulatius quam morum similitudo° bonorum ; in quibus enim eadem studia sunt, eadem voluntates, in iis fit ut aequo quisque altero delectetur ac se ipso, efficiturque id quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus.

(105 mots)

Cicéron De Officiis, livre I, XVII, 55-56 (part.)

Notes

familiaritas,atis,f. : amitié ; illi...amicos facit: *alicui aliquem amicum facere* : rendre qn. ami de qn. ; allico,is,ere,lexi,lectum: attirer ; liberalitas,tatis,f. : générosité ; copulatus,a,um: qui crée des liens; in quibus : in iis quibus